

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6584

Autre(s) référence(s) : Bates 274 / Round 1425

Auteur(s) : Hugues III, Maine (comte)

Bénéficiaire(s) : Solesmes, Saint-Pierre (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1073, 30 mars

Lieu d'émission : Bonneville-sur-Touques

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Hugues [III], comte du Maine, confirme la dotation de l'abbaye Saint-Pierre de Solesmes. Cet acte est confirmé par Guillaume [Ier], roi d'Angleterre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Bénédictins de Solesmes, *Cartulaire des abbayes de Saint-Pierre de La Couture et de Saint-Pierre de Solesmes*, Le Mans, Monnoyer, 1881, n° IX.
- b. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 274, p. 824-827.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 1425. Latouche Robert, *Histoire du Comté du Maine pendant le Xe et le XIe siècle*, Paris, H. Champion, 1910, p. 141, n° 17. Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 68. Guillot Olivier, *Le comte d'Anjou et son entourage au XIe siècle*, Paris, Picard, 1972, 2 vol., t. 2, n° C259.

Dissertation critique

Date de la confirmation du roi Guillaume Ier.

Texte établi d'après b

Cum nullus mortalium hoc in vacillanti seculo sapiat se esse ita perfecte stabilitum ut non ad futurum perveniat iudicium, oportet ut, quamdiu vita comes fuit, se semper ornet operibus bonis, ne post aditum vite penas inferni agnoscat imminere sibi. Quapropter ego in Dei nomine Hugo Cenomannensis comes, quia tanta totque futura timeo tormenta, nolo retulere sed magnanimitate cupio firmare ea que de nostris sanctorum basilicis videor concedere, quatinus hec predicta penarum tormenta possim vitare et cum sanctis in eterna requie feliciter permanere. Ergo notum esse volo omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus tam futuris quam presentibus quod quidem de meis

confidelibus, videlicet GAUZFREDUS, nostram adiens presentiam postulavit sibi fieri precepti firmitatem in sancti Petri ecclesie dotem, in comitatu Cenomanensi, in vico qui vocatur Sollempnis super alveum Sarte, de terris quas de nostro possidet beneficio, quatinus laventur eius peccata et regni celestis sibi patescat ianua. Me ergo favente et nullo modo contradicente, dat predictum vicum qui vocatur Sollempnisi cum omnibus appenditiis, terris cultis et incultis, pratis, vineis, ac duobus farinariis subtus monasterium sancti Petri in alveo Sarte positus. Dat et etiam pertinentes ad hunc alios duos viculos, quorum unus Cantusmerule et alter vocatur Rocardrellus. Constant autem de beneficio ipsius Gauzfridi quos a suo fratre, RODULFO scilicet vicecomite, mutuando subtraxit et sancte Dei ecclesie contulit. Donat etiam quendam alium vicum nomine Meleriacum et alodum Busce, cum omnibus inibi pertinentibus et cum licentia spaciandi in silva. Dat quoque vicum qui vocatur Vilerias cum omnibus appenditiis, quem a nobis servitio atque munere sibi adquisiverat. De omnibus itaque istis terris omnem dimittit consuetudinem, scilicet vicarie, foreste, venacionis, banni, carri, et ut neque amplius sui vicarii seu forestarii vel brenarii sive canes in illis per consuetudinem iaceant terris. Indulget quoque consuetudinem custodie castri. Concedit insuper partem Buxedi cuiusdem viculi, cum vicaria et ceteris consuetudinibus, ut in aliis terris, illam partem scilicet quam possidebat PRIMALDUS vir Deo devotus qui reliquit seculum et secutus est Deus. Tribuit denique omnem sepulturam castri. Confert quoque et alodum quod dicitur Brenerias, quod est situm ultra Medane fluvium. Obtulit ergo nobis hoc preceptum in dedicatione basilice sedis adfirmandum, presente episcopo Avesgaudo Cenomanensi et Huberto episcopo Andegavensi, favente filio suo DROGONE et ADELAIDE sua coniuge. Huius etenim sancte ecclesie dotis quicumque diabolica factus suasionem violator existere voluerit, extraneus vel propinquus, ex auctoritate Dei patris omnipotentis et Filii et Spiritus Sancti, ac sancte Marie virginis, necnon Michaelis archangeli et omnium beatorum spirituum ordinum militie celestis, et sancti Baptiste Johannis, Petri quoque et Pauli ceterorumque apostolorum, martyrum, confessorum atque virginum, apostolicorum virorum, patriarcharum, episcoporum, abbatum, sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum, clericorum et omnium christiane religionis virorum, sit excommunicatus, anathematizatus, maledictus ac inferni baratro perpetualiter reclusus, nisi Deo et inibi habitantibus satisfecerit, et quod presumpserit legaliter emendaverit.

Anno Domini M.LXXIII, III kal(endas) Aprilis roboratum est hoc preceptum a rege Anglorum apud Bonam villam.

S(ignum) Guillelmi regis Anglorum +.

S(ignum) Gau + fridi comitis. Sig+num Fulconis.

S(ignum) Hugonis comitis. S(ignum) Gauzfridi qui fieri statuit. S(ignum) Adelaidis sue uxoris. S(ignum) Drogonis et Burchardi et Lisiardi filiorum eorum. S(ignum) Rodulfi vicecomitis. S(ignum) Odonis fratris eius. S(ignum) Patrici. S(ignum) Hugonis vicarii. S(ignum) Willelmi Triumpilorum. S(ignum) Aimerici.

De firmatione huius precepti quod firmaverunt in Andegavensis camera civitatis, scilicet de vicaria, alodibus et de omnibus consuetudinibus quas ibi tenebat comes Gauzfridus iuste et iniuste, testibus hiis : Aymerico de Tienns, et Gaufrido Crasse, et Fulcone de Boeria, et Gaufrido de Pliaco, Ysembardo Bardone, Roberto preposito, et Fulcone cappellano, atque canonicis sancti Laudi Gerberto et Symone et Hugone et Ebone.

Hu+go. S(ignum) Er+naldi episcopi.

S(ignum) (Av)esgaudi episcopi. S(ignum) Huberti episcopi. S(ignum) Ingelbaudi abbatis. S(ignum) Rainaldi abbatis. S(ignum) Rotberti grammatici. S(ignum) Warini hec dictantis et scribentis. S(ignum) Rainaldi sacerdotis. S(ignum) Rainaldi Grasselli. S(ignum) Guarnerii monachi. S(ignum) Rainberti monachi. S(ignum) Aviani clerici. S(ignum) Guiterni Castoris. S(ignum) Martini filii Ingolbaudi clerici. S(ignum) Rainaldi clerici vetule auricule. S(ignum) Guidonis excoriatoris villani.

S(ignum) Arnaldi episcopi. S(ignum) Hugonis episcopi. S(ignum) Rainaldi abbatis. S(ignum) Guillelmi monachi. S(ignum) Herberti monachi. S(ignum) Gandoberti clerici.

S(ignum) Gauzfridi Lisiardi filii. S(ignum) Gualteri militis. S(ignum) Otrici prepositi. S(ignum) Herberti militis filii Gunberti. S(ignum) Salomonis filii Normandi. S(ignum) Patrici. S(ignum) Ranulfi filii Hugonis vicarii. S(ignum) Adelardi abbatis. S(ignum) Frotgerii prioris. S(ignum) Frederici monachi. S(ignum) Girardi monachi cantoris. S(ignum) Gisleberti monachi. S(ignum) Breverii monachi. S(ignum) Guillelmi monachi.